



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 137. Duæ Universitates in Anglia Cardinalis Poli jussu Iustratæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)



diffundebant. Hos inter Novatores ex-  
 teros præcipue numerabantur præter Sæcul. XVI.  
A.C. 1557.  
 Servetum, cujus supplicium supra descri-  
 psimus, Blandrata, Lelius, Socinus, Al-  
 ciatus, Okinus, Gentilis, Gribaldus, Sta-  
 tor, pluresque alii, qui omnes novi A-  
 rianismi sectam profitebantur, palam-  
 que SS. Trinitatis Mysterium impugna-  
 bant, atque ex eo, quod illis nec ingenii  
 acies, nec agendi dexteritas, nec Ami-  
 corum favor deesset, facile Regni præ-  
 cipuos seducebant, qui vel ostentationis  
 cupiditate, vel seditionis pruritu indu-  
 cti, vel proprii quæstus aviditate, vel aliis  
 rationibus incitati novis hisce Sectato-  
 ribus suum impendebant præsidium,  
 quo suffulti impostores illi profanas suas  
 novitates cujuscunque status conditio-  
 nis, sexusque personis subdole instil-  
 labant.

## §. CXXXVII.

*Duce Universitates in Anglia Cardinalis Poli jussu lustratæ.*

Cum interea Cardinalis Polus in An-  
 glia haud inconsultum fore cense-  
 ret, ut duæ hujus Regni Universitates Burnet. hist.  
de la reform.  
t. 2. l. 2. p. 5. 6.  
 lustrarentur, hinc Scoto Cestriensi Epif-  
 copo, Ornametto, & Watsonio ad Lin-  
 colniensem Episcopatum nominato  
 Cantabrigensem, aliis vero. Oxo-  
 niensem Academiam visitandi munus



Sæcul. XVI.  
A.C. 1557.

committebat. Hac occasione in prima  
Universitate Ecclesia Sanctæ Mariæ, at-  
que S. Michaelis templum interdicto  
Ecclesiastico subjiciebantur, eoquod Bu-  
ceri, & Fagii corpora in illis nondum  
fuiſſent exhumata. Insuper omnes,  
quotquot reperire erat, Hæreticorum  
libri colligebantur, simulque de ordine  
in Sacellis obſervando circa Officium  
Divinum examen inſtituebatur. Porro  
Universitatem Oxoniensem Ormanet-  
tus, & Brockius Gloceſtrienſis Episco-  
pus luſtrabant, ibique eadem ſtatuebant;  
quippe omnia Anglicana Biblia ibidem  
reperta, necnon omnes Proteſtantium  
libri comburebantur, eodemque tempo-  
re Petri Martyris uxor, ejusque corpus,  
inſtituta judicii forma e terra effoſſum  
dein ad ſterquilinum projiciebatur, eo-  
quod ſacrum inſtitutum profeſſa ſole-  
mnem continentiæ ſponſionem, quam  
Deo fecerat, ſacrilegis nuptiis violas-  
ſet. Ceterum hæc cum gererentur, ad Au-  
lam fuit delatum, quod Magiſtratus  
in inquirendis Hæreticis multum a pri-  
ſtino fervore remitterent, quocirca o-  
mnes urbes datis literis encyclicis ad  
zelum pro reſtauranda Religione magis  
accendendum admonebantur.

§. CXXXVIII.